

## In Bucolicos Graecos coniecturarum pentas.

Theocrit. 5, 28.

δέτις τυκασεῖν τὸν πλατίον ὡς τὸ πεποιθη,  
σφάξ βομβέων τέττιγος ἐναντίον.

Ita editiones habent novissimae; in prioribus erat *πεποιθεις*, id quod codicum aliquot non vilium consensu firmatur haud mediocriter. Scribamus ergo *πεποιθης*, quod verbum quum ad enuntiationem primariam et secundariam aequa pertineat, non tamen utrique aut certe primariae, sed uni accommodatum est secundariae; neque hoc ab poetarum usu plane abhorret ut patebit Theognidem conferenti v. 541 seq.

Bekk. δειμαίνω μὴ τήνδε πόλιν, Πολυπαιδη, ὑβρις  
ἢπερ Κενταύρους ὀμοφάγους ὕλεσεν.

vide ibi Schaeferum p. 42.

Bion. 2, 7 et 31. Multisariam corruptum est Bionis carmen secundum multisque coniecturis a viris doctis tentatum, novissime ab Hermanno, cuius tamen rationes non ubique satisfaciunt. Velut quum v. 7

*πῶς παῖς ἔσσατο φᾶρος, ὅπως δ' ἔψεύσσατο μοσφάν*  
illud φᾶρος nude positum vix possit vestem muliebrem denotare, sed plerumque significet virilem, scribi ille iussit: *πῶς νόθον ἔσσατο φᾶρος*. Ego facilius et ad rem accommodatus corrigi posse puto: *πῶς παῖς ἔσσατ' ἄφαρος κ. τ. λ.* „*quomodo vestitus erat ita ut sine himatio esset*“, quo prolepeos genere nihil est frequentius. Servavit vocem Hesychius p. 636 Alb.: *ἄφαροι. ἀνίματοι* (?), *ἀνένδυτοι*.

Ultimum eiusdem carminis frustulum tale est:

ἄ δὲ πονηρὰ  
*νύσσα γὰρ δολία με κακῶς ἀπὸ σεῦ μερίσδει,*  
ubi Hermannus auctor est ut scribatur: *νύσσα χροὸς δολία*  
*κ. τ. λ.* Verum tametsi in novanda verborum significatione multum sibi licere Bion et Moschus putabant, vehementer tamen dubito num *parietem* ille idque eo quo putant vocabulo dicere voluerit. Imo scripsisse Bion videtur:

α δὲ πονηρὰ

*νὺξ ἔφαρ ἀδολία με κακῶς ἀπὸ σεῖο μερίσδει.*

*Ἄφερ* significat *continuo* ut Iliad. 23, 375, et *δολία* *νῦξ* est etiam apud Tryphiodor. 29, sed paulo ibi aptius positum quam nostro in loco, ubi praestare videtur ἀ *δολιχά*, ut Odyss. 23, 243.

Mosch. 3, 38 seq.

οὐδὲ τόσον ποκ' ἕεισεν ἐνὶ σκοπέλοισιν ἀηδών,  
οὐδὲ τόσον θορήησεν ἀν' ὕρεα μακρὰ γειτιδών.

Miraturos mecum arbitror historiae naturalis peritos lusciniam cantantem ἐνὶ σκοπέλοισιν, quae, ut est apud Sophoclem, μιρίζεται θαμίζοντα μάλιστ' ἀηδῶν χλωραῖς νῦν δὲ βάσσαις. Errasse autem ea ratione bucolicum poetam quum parum verisimile sit, librarios mihi videor, non poetam castigare, dum ita scribendum dico duabus transpositis vocibus:

*οὐδὲ τόσον ποκ' ἔεισεν ἐνὶ σκοπέλοισι γελιδών,*

οὐδὲ τόσον θρήνησεν ἀν' ὕδεα μακρά ποκ' αὖθις.

nam ἀδών est in eodem carmine etiam vv. 9 et 46.

Mosch. 5, 3. οὐδ' ἔτι μοι γῆ

ἐντὶ φίλα, ποθέει δὲ ποτὶ πλόον ὅ με γελάνα.

Haec, quae legi commode et intelligi possunt, Hermanni maxime sagacit s invenit pro eis quae in codicibus leguntur corruptissima et sensu cassa. Verumtamen ποθέει vix arbitrator recte positum, nec respondet satis codicum nonnullorum lectioni ποθίη vel ποθείη, in quo latere puto ποθίει i. e. προσίστων.

Gothae.

Otto Schneider.

zu Plato.

Leg. V. p. 747. D. καὶ γάρ, ὡς Μέγιλλέ τε καὶ Κλεινία, μηδὲ τοῦθ' ἡμᾶς λανθανέτω περὶ τόπων, ώς οὐκ εἰσὶν ἄλλοι τινὲς διαιφέροντες ἄλλων τόπων πρὸς τὸ γενναῖν ἀνθρώπους ἀμείνονες καὶ κείσονται, οἵτις οὐκ ἐναντία νομοθετητέον. Σὺ δει